

num. 23. Bolognet. in l. petens, num. 42. vers. Sed magis placet, C. de pact. Gregor. Lop. in l. 42. gloss. i. tit. 5. part. 5. Azeved. in l. 4. num. 42. tit. 6. lib. 8. Recopilat. Olafch. decis. 69. num. 12. Thefaur. quæstion. forens. lib. 2. quæst. 72. num. 2. Bald. part. 4. part. 5. princip. num. 4. in sine, Tusch. lit. P. conclus. 31. n. 10. Vuesembach. conf. 2. num. 84. Quamvis contrarium, scilicet præscriptioni locum non esse, multi sentiant; Cancr. variar. part. 3. cap. 7. n. 206. Pat. Molin. disput. 374. num. 7. Gail. lib. 2. observat. 18. Mynsinger. cent. 1. observat. 16. num. 4. Fachia. controversiar. lib. 2. cap. 13. vers. Sed contraria, Cevall. dict. quæst. 207. num. 14. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 2. num. 28. Pro qua sententia Angeli considerandum est, quod etiam adjectis illis verbis: Semper, quandoquaque, vel aliis similibus, adhuc posset dubitari de voluntate emptoris, utrum vellet præscriptioni renunciare; nam ut Guttier. dict. cap. 1. num. 9. 10. ex multis textibus probat, per illa non excluditur legalis præscriptio. Et cum sumus in dubio, non est admittenda juris proprii renunciatio, Carleval. d. tit. 3. disp. 19. n. 14. & disp. 23. num. 43. de quo supra num. 13.

in d. l. 4. n. 42. 48. tit. 6. lib. 8. Recop. & in d. l. 6. ex n. 33. Cancr. variar. part. 1. c. 13. n. 5. Hermosill. ubi proxime: Quicquid dicat Cevall. d. g. 207. à num. 30. At quoniam inter hos DD. opposita inveniuntur responsa, aliis decem, aliis, viginti annis jus redimendi præscribi, asserentibus; sciendum est, antiquius diversimodè dict. legem Regiam Tauri ab Hispanis Interpretibus fuisse intellectam; atque ita quibusdam placuit, actionem personalem decennio præscribi, quibusdam viginti annis durare: quod dissidium postea sublatum est, addita clausula quadam dictæ constitutioni, per quam Regia auctoritate declaratum fuit, ad præscriptionem actionis personalem, viginti annos præterisse, necessarium esse; Paz in praxi, tom. 1. part. 4. c. 3. n. 14. Parlador. d. cap. 1. §. 12. Guttier. in d. l. nemo potest, n. 490. 491. Vers. Secundum, constat.

Diximus, ad tricennem præscriptionem sufficere peccatum abesse, et si scientia juris alieni habeatur. Imò idem hodie dicendum videtur in præscriptione viginti annorum, de qua in dict. l. 63. Tauri, non obstante quod de jure communi sine bona fide viginti annis non præscribatur, D. Covarruv. dict. §. 12. numer. 4. vers. Tertia conclusio, Argel. dict. quæst. 3. articulo. 4. numer. 22. nam cum meas ejus, qui Regiam condidit constitutionem, fuerit, naturam actionum restringere; verosimile valde est, voluisse præscribi eas posse sine bona fide, sicut antea triginta annis præscribentur, dum tamen peccatum non admisceatur; alioquin per legem illam potius ampliaretur, quam coarctaretur actionum natura; si quidem raro contingit, ut præscriptio hujusmodi cum bona fide debitoris procedat: atque idè si diceremus, hodie bona fide desiderari ad præscriptionem actionum intra viginti annos, lex illa potius faveret, quam officeret actionibus; quod admittendum minimè est adversus intentionem Legislatoris, quæ, ut omnes agnoscerent, fuit, actiones breviori tempore extinguere eodem modo, quo antea longiori extinguebantur. Neque actus ultra, vel contra agentis mentem debet interpretari, & ad finem unum inducta, non debent contrarium operari, l. non omnis 19. ff. si ver. perat. cap. quod ob gratiam 61. ubi Gloss. de reg. jur. in 6. l. legata inutiliter 19. ff. de leg. 1. Cyriac. tom. 1. controvers. 28. num. 15. Cevall. tom. 2. quæst. 900. num. 57. Menoch. conf. 116. num. 35. Argel. de legum. contradiet. quæst. 10. art. 6. num. 86. Pareja de instrumentor. edit. p. 2. tit. 7. resolut. 3. num. 72. Unde si peccatum non intervenierit, scientia juris alieni neque hodie obstat actionum personalem præscriptioni; licet hoc valde sit controversum: tamen qui docent, cum mala fide actionem præscribi non posse, debent intelligi de ea, quæ eum peccato juncta est, contra quam duntaxat juris Canonici prohibitio procedit, ut supra ostendimus.

Vers. Tertium, etiam si. Hæc limitatio ad opinionem Angeli, ut possessori jus redimendi competat, non obstante præscriptione tricennali, ab omnibus admittitur, Tiraquel. dict. §. 1. gloss. 2. num. 29. 30. Mantic. lib. 4. tit. 31. num. 26. Trentacinq. d. resolut. 10. num. 29. Guttier. in d. l. nemo, à num. 38. Merlin. in simili quæstione, d. g. 80. n. 43. 44. Hermos. n. 22. August. Barbof. n. 29. Vers. Quarto ad eò quibusdam, & num. 7.

De hac limitatione est quæstio inter DD. pro qua consulendi sunt Trentacinq. num. 28. Thefaur. dict. lib. 2. quæst. 72. Seraphin. de privil. juram. privil. 51. num. 8. Roder. Suar. in l. post rem judicatam, notab. 2. numer. 6. Guttier. dict. cap. 1. numer. 14. Azeved. in dict. l. 6. numer. 17. 18. Tiraquel. numer. 7. Mantic. numer. 28. Gratian. disceptat. forens. cap. 12. numer. 53. 54. & receptum communiter est, quod si pacto retrovendendi adiciatur juramentum ad ejus firmitatem, nihilominus præscriptio non impeditur; non tamen tricennalis sufficit, ut perique ex laudatis volunt, sed quadragenaria desideratur; quia juramentum ad illud tempus protelat actionem: Hermos. numer. 17. Sed quando expressè renunciatum est præscriptioni, juramento adhibito, temporis lapsus jus redimendi non tollit, latè Guttier. d. c. 1. num. 14.

Ultra has limitationes, sex refert Hermos. dict. l. 42. gloss. 1. Prima est, cum contrahentes longius tempus, quam triginta

ta annos, ut redimi possit, præscriperunt: num. 18. Gregor. Lop. in dict. l. 42. gloss. 1. Fabian. de Mont. de emptor. in 3. quæst. 7. quæstion. princip. Tiraquel. supr. numer. 40. Secunda; si promittatur toties retrovendere, quoties jus redimendi fuerit præscriptum, num. 20. Trentacinq. dict. resolut. 10. num. 31. Cald. supr. verb. Sua facilitate, n. 85. 87. Azeved. in l. 6. num. 29. tit. 15. lib. 9. Recopilat. Tertia, quando emptor obligatur cum hypotheca ad retrovendendū, nam ad quadraginta annos actio protelabitur, num. 21. Ant. Gabr. supr. dict. tit. de prescript. concl. 6. num. 15. Marefc. var. lib. 2. cap. 57. num. 1. Gozad. in l. 2. num. 80. Cod. de pact. int. empt. & vend. Quarta, cum assignato tempore certo ad retrovendendum paciscitur, quod lapsus temporis non noceat, usquedum de majori termino contrahentes conveniant; Gregor. Lop. supr. per Clement. quandiu, de appellat. quæ tuta Herm. non videtur limitatio, n. 23. Quinta, in contractibus usurariis, aut reprobatis, num. 24. Trentacinq. num. 29. Mantic. lib. 4. tit. 31. num. 40. 41. Tiraquel. à n. 32. Cagnol. in d. l. 2. n. 88. Balb. 4. p. 5. princip. q. 3. in sine. Ultima, si interveniat enormissima lælio, num. 25. Gregor. Lop. supr. Quibus addenda est alia ex Fulgolio in dict. §. eodem jure, in sine, cujus alibi meminimus, quando venditor egestate tentus, nequivit ullo tempore pretium restituere; nam impedito agere præscriptio non nocet: d. l. 1. C. de annal. except. quam non admittit Barbof. in d. l. cum notiffimi, num. 82. per textum in l. continuus 137. §. illud. ff. de verb. obligat. quo probatur, paupertate non excusari à mora debitorem; Sed responderi potest, ibi tractari de creditore agente ad id, quod sibi debetur, cui favere æquum est; nos autem de excludenda præscriptione, quæ odiosa est, atque ita Merl. num. 36. concedit; saltem ex hac causa esse eum, contra quem est præscriptum, restitutionem juvandam.

Est notandum, jus redimendi ex pacto retrovenditionis, cedi aliis posse, Olea de ces. jur. tit. 3. quæst. 2. num. 37. Noalis de transmiss. cas. 57. num. 6. Hermosill. ex multis, supr. gloss. 2. num. 1. Amat. var. tom. 1. resolut. 13. Utrum autem minori competat restitutio contra lapsum temporis ad redimendum? docent Ant. Gom. d. cap. 2. num. 27. vers. Quæro tamen, & alij, quos refert Barbof. in d. l. 2. num. 35. 36. Ad Num. 8.

Hæc sententia, quod jus redimendi censum redimibilem nunquam præscribitur, approbavit postea Pius Quintus suo Motu proprio, edito decimoquarto Kalendas Februarii anno 1569. quanto sui Pontificatus, formamque tradidit horum censuum impositioni, de quo Virgini. Bocac. in singular. de interditiis cap. 18. Redoa. de reb. Eccles. non alien. rub. 16. 17. Nayar. in summ. cap. 17. a n. 234. Salazar de usu & consuet. cap. 8. num. 45. Ludovic. Lop. de contract. & negotiarior. cap. 57. Baupita in tract. de usu, & l. 2. C. de pact. inter emptor. §. 2. numer. 60. nam juxta illum nec centenaria, aut immemorialis præscriptio obijci potest; Cyriac. tom. 1. controvers. 24. numer. cum sequentibus, Molin. de justit. disput. 374.

Sed illa constitutio non ubique recepta est sic in Germania non est in usu, Bernard. Gravæ. ad prax. Camera Imperial. lib. 2. conclus. 7. in coronido; Neque apud Belgas, Lessi. de just. lib. 2. cap. 25. dubit. 3. num. 33. Neque in Avenionensi civitate, Tondut. quæstion. civil. cap. 59. numer. 5. Neque in Hispania, Bobad. in polie. lib. 2. cap. 17. num. 41. Henriquez in summ. lib. 7. cap. 20. §. 1. lit. J. Valasc. consulti. 133. num. 10. & plurimi alij, quos congestit D. Joseph. Vela dissertat. jur. tom. 2. disert. 33. num. 20. de quo dubitari non potest, extantè l. 10. tit. 15. lib. 5. Recopil. ubi ita declaratur.

Postremo frequenter. Pacta emptori onerosa pretium minuunt, l. fundi part. 39. ff. de contrah. empt. Cyriac. controvers. 63. num. 43. Ripa in l. 1. §. si hares, num. 25. ff. ad Trebellian. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 18. num. 38. & de retract. convention. in præm. num. 20. Menoch. conf. 1169. num. 7. Cagnol. in l. 2. num. 243. C. de rescindend. vend. Olafch. decis. 91. num. 10. Sic pactum retrovendendi, quo gravamen emptori inferitur, succedit in locum partis pretij, ipsūque extenuat in tertia, vel quarta parte, secundum regionis consuetudinem, vel judicis arbitrium: Lessi. d. lib. 2. cap. 22. dub. 14. Bonacin. oper. moral. tom. 2. tract. de contract. disp. 2. quæst. 4. de censib. num. 7. Cagnol. in d. l. 2. C. de pact. int. emptor. Cyriac. controvers. 255. num. 41. cum seqq. tom. 2. Mascard. de probat. conclus. 447. num. 7. Menoch. de prescript. lib. 3. pres. 122. num. 9. Castill. lib. 2. quotidian. cap. 25. à num. 63. Caroc. de locat. tit. de usur. quæst. 11. num. 15. Scacc. sup. §. 1. quæst. 3. num. 37. Joseph. Ludovic. Perus. decis. 97. numer. 6. Rodrig. de ann. redit. lib. 2. quæst. 2. num. 8. 24. Gamma. decis. 178. num. 9. Gratian. d. cap. 25. ex n. 37.

Justus autem valor censuum redimibilium taxatus est, l. 12. tit. 15. lib. 5. Recopil. nam si perpetui sint, viginti unum; si ad vitam unius, decem unum; si ad vitam duorum, duodecim unum in singulos annos reddunt, pœna privationis statuta in Tabellionem conscientem instrumentum censuale, in quo ea taxa non observetur.

Sed eam legem restringunt frequenter Hispani interpretes ad census, qui de novo constituntur; nam jam constituti, non obstante ea constitutione, minoris vendi possunt, Sarmant. lib. 7. selectar. cap. 1. num. 4. Cancr. variar. part. 2. capit. 1. numer. 281. & part. 3. capit. 1. numer. 162. Noguer. allegat. 37. numer. 69. Dom. Larc. allegat. 25. numer. 2. Thom. Sanch. consilior. moral. lib. 1. cap. 17. dub. 19. numer. 4. & sic practitari testis est Gasp. Rodrig. supr. lib. 1. quæst. 8. numer. 7. Salazar de usu, & consuetud. cap. 11. numer. 93. Trullench. in Decalog. lib. 7. cap. 2. 1. dub. 2. num. 32. Giurb. decis. 117. num. 13. vers. Primo casu, Cenc. supr. cap. 2. quæst. 8. artic. 6. numer. 21. 22. et si contrarium teneant D. Covarruv. infra lib. 3. cap. 10. num. 3. vers. Ceterum, & alij, quos refert Hermos. in l. 23. gloss. 4. num. 26. tit. 5. part. 5. Quas sententias ex Feliciano, & aliis conciliat Olea supra, tit. 6. quæst. 10. num. 8. ubi asserit primam procedere, quando venditor non se obligat ad securitatem census ac redituum: Secundam, cum ad utrumque se adstringit.

Ad Num. 9. De his latius D. Covarruv. infra lib. 3. cap. 8. num. 6. 7. & quidem quoad primum pactum, quo conventum est: ut nisi intra certum tempus redimatur census, maneat irredimibilis. Ubi Bulla Pij Quinti admittitur, (nam alibi non obligat Becan. de just. & jur. ad quæst. 78. D. Thoma quæst. 7.) usurarius judicabitur contractus, ac nullius momenti; etenim inter alias conditiones, quæ in ea desiderantur, una est, quod semper redimere liceat, nulla obstante temporis præscriptione; & in sine subditur: Contractusque sub alia forma post hæc celebrandos feneratorios judicamus. Atque sic docent, Bonacin. d. g. 4. n. 40. vers. Ex quo patet, & n. 43. ubi alios Theologos refert: Tondut. g. civil. c. 61. n. 6. Cenc. g. 38. n. 7.

Sed ubi talis constitutio recepta non est, ut in Hispania, pactum duntaxat vitabitur, ac rejicietur, subsistatque contractus, cum libera redimendi quodcumque facultate, ut cum D. Covarruv. sentiunt Rebuffus ad leg. Gallia tom. 3. tit. de constitut. redituum, art. 1. gloss. 17. num. penult. Joan. Garc. de expens. cap. 9. num. 75. Cardol. in prax. verb. Censur. num. 10. Guttier. de delict. g. 82. num. 32. 40. in fine, & 41. Molin. de just. disp. 391.

Quod ad pactum alterum, ut non liceat intra certum tempus redimere, usurarium esse, multi sentiunt, totūque contractum inficere, & irritare; de quo Rodriguez supr. lib. 2. quæst. 1. num. 15. Felic. de censib. lib. 1. cap. 7. à num. 6. Guttier. supr. quæst. 8. n. 33. cum seqq. D. Covarruv. infra d. lib. 3. cap. 8. num. 8. qui ait, in emptione annui reditus, quia odiosa est, & magis proxima vitio usura, hanc solam conventionem pacto retro-

vendendi

videndi additam irritare contractum: licet in ceterarum re-  
venditione alia sunt necessaria adminicula, ut presumpcio  
usu- rum indicatur. Sequuntur Menoch. conf. 445. num. 14.  
ubi prius, Hieronym. Gabr. conf. 34. num. 7. Joan. Baptista  
Lupus in l. 2. §. 1. num. 42. in 2. lect. C. de pact. in emp. & vendit.  
Guid. Pap. de contract. num. 26. Mascar. de probat. conclus. 441.  
num. 6. Azeved. in l. 4. num. 38. tit. 6. lib. 8. Recopil. Contra-  
rium tamen, & sic quod valeat contractus, modò in pretio  
ferretur æqualitas, sustinent Guttier. num. 38. Felician. d. cap.  
7. à n. 9. Molin. sup. & alij, quos isti referunt.

61 Et utrumque pactum licitum, ac iustum esse, si cum dimi-  
nutione pretij restrictio facultatis redimendi censum mensuretur,  
seclusa constitutione Pij Quinti, docet Lugo de iust. &  
jur. tom. 2. disp. 27. num. 111. cum sequentibus, pretium enim  
minuitur ob pactum retrovendendi, sed non ita minuendum  
est, restricta facultate redimendi, ac si libera foret; quæ sen-  
tentia quoad forum animæ rectè procedit, in quo secundum  
veritatem iudicatur, non sic quoad forum contentiosum, in  
quo locus est presumptioni, propter quam illæ pactiones reji-  
ciuntur, & improbantur, quæ usurarum speciem videntur con-  
tinere; atque ita sunt intelligendi DD. proximè laudati.

AD CAPUT X.

De Sacramento Confirmationis: ad interpretationem  
textus in cap. Quanto 4. extr. de consuetud.

SUMMARIUM.

- 1 Qui de Sacramento Confirmationis egerint, ostenduntur.
- 2 Intellectus cap. quanto, de consuetud. remissivè.
- 3 Desinitur Confirmationis Sacramentum.
- 4 Confirmatio est unum ex septem Ecclesie Sacramentis.
- 5 Penes Ecclesiam est potestas decidendi infallibiliter fidei con-  
troversas.
- 6 Omnia Sacramenta Legis gratia fuerunt à Christo instituta.
- 7 Explicatur l. 11. tit. 4. p. 1.
- 8 Quando fuit Sacramentum Confirmationis institutum.
- 9 Qua sit ejus forma.
- 10 Qua materia proxima.
- 11 Qua remota.
- 12 In Sacramentorum administratione alia sunt de necessitate  
Sacramenti, & alia de necessitate precepti.
- 13 Non possunt per Ecclesiam substantialiter immutari, quæ  
in Sacramentorum administratione Christus adhiberi  
constituit.
- 14 An sit materia necessaria Sacramenti Confirmationis Chris-  
ma, vel Oleum ad ipsius valorem sufficiat: Proponitur opinio  
tenens, Chrisma esse de necessitate Sacramenti.
- 15 Refertur sententia docens, oleum sufficere ad validitatem  
Sacramenti.
- 16 Eligitur prima, & explicatur cap. 1. de Sacrament. non  
iterand.
- 17 Ariariorum hæresis versabitur circa Sacramentorum reite-  
rationem.
- 18 Ratio dubitandi ad d. cap. 1. proponitur.
- 19 Chrisma apud Græcos quid significat.
- 20 Sacramentum Confirmationis omitti absque culpa lethali  
potest.
- 21 Idem est, licet imminet periculum negande fidei.
- 22 An sit aliquando mortale crimen? remissivè.
- 23 Est culpa lethalis, si omittatur ex contemptu.
- 24 Utrum venialiter peccet, qui hoc Sacramentum non re-  
cipit?
- 25 Ordinarius minister Sacramenti Confirmationis est solium  
Episcopus consecratus.
- 26 Simplex Sacerdos ex commissione Pontificis est extraordina-  
rius minister ejus Sacramenti.
- 27 Sacerdos hæreticus, aut quomodolibet ab Ecclesia praeclusus,  
valet consecrare corpus Christi.
- 28 Episcopus ab Ecclesia separatus non privatur potestate con-  
ferendi validè Confirmationem.

- 29 Potestas, quam habet simplex Sacerdos ad conferendum  
hoc Sacramentum, pendet à commissione Pontificis.
- 30 Simplex Sacerdos non potest ex delegatione Episcopi admi-  
nistrare Confirmationem.
- 31 Simplem Sacerdotem non posse ex delegatione Pontificis mi-  
nistrare Confirmationis Sacramentum, qui doceant?
- 32 An minores Ordines sint Sacramentum? Refertur ne-  
gativa.
- 33 Affirmativa probatur.
- 34 Prima tonsura an sit Ordo, & Sacramentum?
- 35 Pontifex potest committere simplici Sacerdoti collationem mi-  
norum Ordinum.
- 36 Abbates benedicti Sacerdotes quasi Episcopalem jurisdic-  
tionem habentes, jure communi conferebant minores Ordines  
subditis suis, tam Religiosis, quam secularibus.
- 37 Ea potestas coarctata est Concilio Tridentino ad Reli-  
giosos.
- 38 An hodiè possint Ordines minores Novitiis suis con-  
ferre?
- 39 Cardinales presbyteri suis familiaribus minores Ordines con-  
ferunt.
- 40 Collatio Sacrorum Ordinum non potest per Pontificem simpli-  
ci Sacerdoti committi.
- 41 Quod possit Ordo Diaconatus, & Subdiaconatus simplici  
Sacerdoti per Pontificem committi conferendus, probant  
aliqui.
- 42 De potestate necessaria ad absolutionem Sacramentalem, qui  
tractant.
- 43 Potestas jurisdictionis ad absolvendum Sacramentaliter re-  
quiritur de jure divino.
- 44 Sacerdos aliàs non habens jurisdictionem absolvere potest in  
articulo mortis constitutum.
- 45 Potest etiam quemlibet à peccatis venialibus absolvere.
- 46 Pontifex, etsi potuerit, non est verosimile, errasse in decisio-  
ne textus in cap. pervenit, 95. dicit.
- 47 Pontifex errare non potest quoad substantiam in rebus mor-  
talibus, quando aliquid pro Ecclesia universa decernit.
- 48 Pontifex non tenetur Cardinales consulere in definitione con-  
troversarum fidei, aliarumve gravium causarum; licet  
rectius faciat, si consulat.
- 49 Pontifex errare non potest in canonizatione Sanctorum.
- 50 Exponitur locus, qui Divi Augustini esse dicitur.
- 51 An liceat defunctorum Reliquias venerari, quos sanctitate  
floruisse credimus, antequam per Ecclesiam declararetur?
- 52 De veneratione Reliquiarum, ac imaginum Sanctorum, qui  
tractant.
- 53 Cur non liceat vermes ex corporibus Sanctorum factos vene-  
rari, remissivè.
- 54 Ad Episcopum spectat decernere, an Reliquia sint illius  
Sancti, cujus esse dicuntur?
- 55 Reliquia Sancti si misceantur reliquiis hominis non sancti,  
non sunt proponenda ut venerentur, quando separari &  
diagnosci non possunt.
- 56 Pontifex potest committere simplici Sacerdoti facultatem con-  
ferendi Confirmationem.
- 57 Et sufficit ad facultatem eam concedendam, quod eligatur,  
licet Episcopus non sit.
- 58 Mortuo Pontifice, qui commisit, non cessat potestas admini-  
strandi.
- 59 Non requiritur causa ad delegandum hoc ministerium, sal-  
tem ad valorem Sacramenti.
- 60 Cessante necessitate, propter quam talis fuit delegata facul-  
tas, ipsa persistit.
- 61 Simplex Sacerdos ex institutione Divina est extraordinarius  
minister Confirmationis Sacramenti.
- 62 Potestas administrandi Sacramentum Confirmationis à non  
Episcopo præribi nullo tempore potest.
- 63 Idem dicendum est de omnibus, quæ Ordini Episcopali sunt  
annexa.
- 64 Utrum consecratio Episcopalis Ordo sit à Sacerdotali di-  
stinctus?
- 65 Qui Sacerdos non est, an possit Episcopus consecrari? Re-  
fertur negativa.

66 Proponitur.

- 66 Proponitur Contraria.
- 67 Ex institutione Divina Ordo Sacerdotalis procedere debet  
consecrationem Episcopalem.
- 68 Nullam esse consecrationem in Episcopum, nisi Sacerdos con-  
secratus sit, receptius est.

DE Sacramento Confirmationis videndi sunt textus in  
cap. unico, §. per frontis, de Sacrament. unctio. cap. 1. de  
Sacrament. non iterand. cap. pervenit 95. cap. 1. distinct. cum  
octo sequentibus. de consecrat. dist. 1. Concil. Trident. sess. 7.  
cap. de Confirmatione, l. 11. tit. 4. p. 1. Cardin. Bellarmin. lib.  
unic. de Sacram. Confirmat. Vivald. in candelab. aureo de Sa-  
crament. tit. de Confirmat. Angles in florib. Theolog. part. 1. de Con-  
firmat. Alphons. Alvar. in specul. jur. Pontific. tit. de Con-  
firmat. Ugolin. de potestat. Episcop. cap. 25. Jacob. de Grassis  
in ayr. decis. lib. 1. tit. de Sacra unctio. Chamerot. de Sa-  
crament. tract. de Confirmat. Petrus Gregor. Synagmar. lib. 2.  
cap. 15. Reginald. in prax. for. panit. lib. 28. Cardof. in prax.  
Judic. verb. Sacramentum Confirmationis, August. Barbol. de  
potestat. Episcop. part. 2. alleg. 30. Zerol. in prax. Episcop.  
part. 1. verb. Chrisma, Bonacin. oper. moral. tract. de Sacram-  
ent. disp. 3. de Confirmat. Dian. resol. moral. p. 3. tract. 4.  
de Sacrament. Confirmat. Navarr. in manual. cap. 22. num. 8.  
Galgancet. de jur. public. lib. 3. tit. 86. Petr. de Ledesma in  
summa, p. 1. tract. de Sacrament. Confirmat. Castr. advers. he-  
res. lib. 4. verb. Confirmatio, Filliuc. in quest. moralib. tom. 1.  
tract. 4. Laym. in Theolog. moral. lib. 5. tract. 3. Fernandez de  
Heredia in disput. mixtis, dist. 5. part. 3. Coniuc. de Sacram.  
q. 72. art. 3. dub. 1.

De interpretatione textus in d. cap. quanto 4. de consuetud.  
agunt, quos refert Barbol. in collectan. ad illud cap. in princip.  
Ad num. 1.

Sacramentum Confirmationis diversimodè à DD. definitur,  
Bonac. sup. punct. 1. num. 1. illud ita describit: Est Sacramen-  
tum, quo homo viator Baptizatus inungitur in fronte ab  
Episcopo cum Chrismate, & præscripta verborum forma ad  
fidei robur consequendum; Pat. Suar. in 3. p. D. Thom. 3. disp. 35.  
in princip. aliter definit, docens: Est Sacramentum nove legis,  
quo Baptizati in gratia roborantur, & speciali modo Spiritum  
sanctum accipiunt. Quæ definitiones desumptæ sunt ex locis  
in principio allegatis.

Inter Catholicos nulla potest esse controversia circa hoc,  
cum nulli liceat inficiari, Confirmationem unum esse ex sep-  
tem Ecclesie Sacramentis; quod novissimè extat definitum,  
Trident. sess. 7. canon. 1. de Confirmat. & probatur ex Concilio  
Florent. in decret. Eugenii, Elibertin. cap. 37. & cap. 78.  
Laudifensi cap. 48. Hispanens. 2. cap. 7. parisiens. sub Lu-  
dovic. & Lothario, lib. 1. cap. 33. Colonienf. part. 7. cap. 8.  
Mogunt. cap. 17. & aliis, Idem Sancti Patres uno ore faten-  
tur, & Summi Pontifices confirmant, Clemens Papa, lib. 3.  
constitut. cap. 16. 17. & epistol. 4. Fabian. epist. 2. cap. 1. Eu-  
seb. epist. 3. circa finem, Melchiad. epist. ad Episcop. Hispan.  
cap. 2. Damas. epist. 4. Innocentius, epist. 1. cap. 3. D. Basil.  
de Spir. sanct. cap. 7. Nazianz. orat. 40. de sanct. Baptism.  
Damasen. lib. 4. de fide, cap. 10. Ambros. lib. 1. de Sacram.  
cap. 2. & lib. 6. cap. 20. August. lib. 2. contra liter. Petilian.  
cap. 104. & lib. 5. del. Baptismo, cap. 20. Sed quoniam hære-  
tici (quorum primus Novatus fuisse fertur) refragantur, vo-  
lentes non esse Sacramentum, sed Ecclesiasticum ceremoniam  
duntaxat; Theologi hanc veritatem latè probant, de quo ul-  
tra jam adductos, Becan. de Sacrament. in specie, cap. 14. de  
Confirmat. quest. unic. per totam, Suar. ubi supra, Valent.  
in 3. part. D. Thom. tom. 4. disp. 5. quest. 1. punct. 1. Molfes.  
tract. 4. cap. 2. num. 20. Hurtad. de Sacrament. Confirm. dist. 2.  
Torreblanc. in practicabil. jur. spirit. lib. 2. cap. 6. n. 9.

Ad Num. 2.

Est penes Ecclesiam autoritas decidendi fidei controver-  
sas, quarum Pontifex, tanquam illius caput, iudex est in-  
fallibilis, & regula, cujus definitionibus idem præstari debet  
assenfus, ac articulis, qui apertis Sacra Scripturæ locis ni-  
tuntur; & hoc est de fide: cap. convenit 21. §. utinam essent,  
23. q. 8. cap. quoties 12. 24. q. 1. §. in fine, tit. 5. p. 1. Becan. in  
analog. veter. ac nov. testam. cap. 11. q. 3. fusc. Barbol. in collectan.  
Faria ad Covarruviam.

ad cap. si Papa 6. 40. distinct. Turrecrem. de potest. Ep. ses.  
lib. 2. cap. 19. P. Suar. de defension. fid. lib. 1. cap. 11. num. 1.  
cum sequentibus, & de fide, disp. 5. quest. 6. num. 6. Valent. sup.  
disp. 7. q. 1. punct. 1. vers. Tertio accedat.

Ad Num. 3.

Dogma etiam de fide est, omnia septem Sacramenta nove  
legis fuisse à Christo Domino instituta; nam per illa gra-  
tia conferatur, solus Deus, qui est auctor ejus, potuit talem  
vim præstare Sacramentis; Valent. disp. 3. quest. 3. de caus. Sa-  
cram. punct. 1. a princip. Becan. de Sacram. cap. 5. q. 1. Parlador.  
differens. 127. num. 7. Suar. dist. tom. 3. disp. 12. sect. 1. Navarr.  
in manual. dist. cap. 22. n. 2. §. & in cap. novit, notab. 3. n. 92.  
de judic. Victor. de Sacrament. cap. 4. Sor. in 4. sentent. dist. 1.  
p. 3. artic. 5. Cardin. Bellarmin. tom. 2. controvers. lib. 1. de  
Sacrament. cap. 24. Valq. in 3. part. tom. 2. disputat. 135. ex  
num. 1. & disp. 139. Didac. Per. in l. 1. tit. 1. lib. 1. Ordinar.  
Bonacin. de Sacrament. disp. 1. quest. 3. punct. 1. n. 5. Coninch.  
sup. quest. 64. art. 1. dub. 1. Quod adò verum est, ut Becan.  
num. 2. & Valent. ubi proximè doceant, Christum, quatenus  
homo, in Sacramentorum institutione usum fuisse potestate  
delegata Divina, quoniam propria instituire illa non posset.

Et quoad hoc cavendum est à dict. l. 11. tit. 4. p. 1.  
ubi hæc verba: [loquendo de Sacramento Confirmationis:]  
E este Sacramento sue establecido en Santa Iglesia, à seme-  
jança de lo que facian los Apostolos, quando poniam las ma-  
nos sobre los hombres, è refreçian el Espiritu Santo. Nam  
videtur probari, in Ecclesia fuisse institutum aliud Sacra-  
mentum distinctum ab eo, quod Christus instituit, & quo  
utebantur Apostoli per impositionem manus, simile enim  
non est idem; Gloss. verb. Dolui; in l. quod Nerua 32.  
ff. de post. Betrazol. de claus. instrum. claus. 27. gloss. 12.  
numer. 1. Menoch. conf. 406. numer. 50. Everard. in loc.  
leg. lib. loc. à simili, Ferrer. in constitut. Cathalon. gloss. 1.  
numer. 10. Sed illa verba debent interpretari, ut similita  
Concilii Florentini, cap. de Sacrament. ibi: Loco autem  
illius manus impositionis datur in Ecclesia Confirmatio: intel-  
ligit P. Suar. dist. disputat. 33. sect. 4. vers. Tertio, prin-  
cipaliter, ad finem, ait enim non significari per ea verba  
diversa esse Sacramenta, aut eorum ritus, quod verum non  
est, sed hoc ipsum facere Episcopos nunc confirmando, quod  
Apostoli faciebant manus imponendo; idemque hodiè signifi-  
cari Confirmationis nomine, quod olim manus impositionis  
verbis; & sicut dici possunt Episcopi similes Apostolis;  
quamvis Apostoli fuerint verè Episcopi quoad substantiam,  
& potestatem Ordinis, ejusdemque rationis cum suis succes-  
soribus, Episcopis scilicet, superiores tamen jurisdictione,  
& aliis gratis: Ita Confirmatio similis dicitur manus imposi-  
tioni; non quia ritu aut substantia differant, imò potius quod  
eandem rationem Sacramenti retinent; licet in quibusdam  
effectibus, & gratis majorem quandam excellentiam habuerit  
Apostolorum manus impositio; & propter hujusmodi cir-  
cumstantias, similes dici possunt, cum jam per omnia idem  
non sint, nec non ob majorem excellentiam Apostolorum  
ministrantium: & verbum Establecido, referendum non est  
ad institutionem primævam, sed ad usum; nam Ecclesia con-  
firmationem loco manus impositionis subrogavit [ut Conci-  
lio Florentino ostenditur] constituens, quod Episcopi con-  
firmando Sacramentum ministrarent, quod olim Apostoli per  
manus impositionem conferebant.

Quo tempore Sacramentum Confirmationis fuerit institu-  
tum, tractat Suar. dist. tom. 3. disp. 32. sect. 2. qui sentit, nocte  
Cæsar. Christum hoc instituisse Sacramentum, Chrisma con-  
secrasset, ac formam ministrandi Apostolis tradidisset, sed neque  
ab ipso, neque ab alio ante Dominicam Ascensionem fuisse  
administratum; Bonac. dist. quest. unic. punct. 1. n. 2. Reginald.  
lib. 2. n. 4. Bellarmin. Filliuc. Bartol. ab Angel. apud Bonacin.  
& constat ex epist. 2. Eubiani Pape.

Forma Sacramenti hujus est: Configno te signo Crucis, &  
confirmo te Chrismate salutis in nomine Patris, &c. Mate.  
ria proxima, unctio Chrismaris benedicti in fronte con-  
firmandi, signo Crucis ibidem facta, cum impositione manus  
Episcopi. Materia remota, de qua impræsentis, est Chrisma  
ab Episcopo consecratum ex oleo olivarum, & balsamo  
confectum,

F 2